



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXVI. In Haereticorum conspectu, caecum Christianum Virgo
inluminat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MYRAC. VIRG. XXXII.

In Haereticorum conspectu, caecum Christianum Virgo illuminat.

IN ecclesiastica historia, scriptum est, quēdam Didimum diuini cultus obseruantia & cupidum, diuinae sapientiae maximo studio, & desiderio teneri solitum fuisse; quāe illi à Deo tributa est. Ille pro Christiana religione, saepius cōtra Hebraeos, & Haereticos disputarat, eorūq; falsas, & impias opiniones apertissimis rationib; retuderat. At quia caecus natura erat eius caecitate saepē aduersarij exprobrabāt; q̄ absq; ullo p̄oemio illi feriret à quo nunquā impetrare potuerat; ut in coecos oculos se lux effunderet. Ipse uerō diuina misericordia fretus, diē aduersarijs dixit, quo sibi acutissimam oculorū aciem à Deo dono datum iri confidebat. Triduum ieiunauit, ieiunio summi Pōtificis iussu indicto; quo tempore in egenos amplissima liberalitate usus est, & totus fuit in pijs precationib;. Deinde multis ad se accitis, in Christianorum, & Haereticorum coronā, & maximo confessu eam hymni partem decantauit: Gaude, Maria Virgo, quae cunctas Haereses interemisti in hoc mundo. Quare statim acutissimus ei uisus, & lyncea oculorū acies diuinitus praelata est: Itēcirco multi Haeretici ad Christum descuerunt; & mos ille, ac consuetudo, ob illius miraculi memoriam, inualuit, ut quotidie in sanctissimae Virginis laudib;, ea uerba à Catholicis recenseantur.